



Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse  
Laptulajdonos: Katolikus Középkolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catho-  
licorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — admini-  
stration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER  
REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 223—808).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction),  
ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR.,  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268—634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1940—41. 3 pengoe, extra  
Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gen-  
tium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum  
si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.


## 150 annos Scholarum Piarum

in oppido Sátoraljaújhely celebravimus die  
9. m. Iunii 1940 in theatro oppidi sollemnibus  
apparattissimis,<sup>1</sup> quibus collegium professorum,  
alumni et huius et  
anteacti temporis  
permultique alii ad-  
erant. Nomine di-  
scipulorum populi<sup>2</sup>  
legatus<sup>2</sup> dr. Paulus  
Kossuth, nomine  
autem huius loci  
praefectus urbis Sá-  
toraljaújhely dr. In-  
dár Váró ordinem  
Scholarum Piarum  
salvere iusserunt  
eique pro opera<sup>3</sup>  
in iuventute edu-  
canda locata<sup>3</sup> gra-  
tias egerunt.

Hanc scholam  
vidua<sup>4</sup> Helena Pi-  
kóczi condidit a.  
1727 in oppido  
Tokaj donatione

<sup>1</sup> pompás = prächt-  
tig = magnifique <sup>2</sup> a  
képviselő = der Ab-  
geordnete = le député  
<sup>3</sup> fáradozást kifejt =  
Mühe verwenden =  
se donner de la peine  
<sup>4</sup> özvegy = Witwe =  
veuve <sup>5</sup> kolostor =  
Kloster = couvent

parvā eamque pie pro salute animae suae offerens.  
Imperator Iosephus II ordine Eremitarum Sti.  
Pauli dimisso, a. 1789 in monasterium<sup>5</sup> antiquum



Gymnasium Scholarum Piarum in oppido Sátoraljaújhely.

eorum Patres Scholarum Piarum ex oppido Tokaj in oppidum Sátoraljaújhely venire iussit. Ex quo tempore docent in oppido nostro omnibus difficultatibus superatis. Schola tum in monasterio erat collocata. Ubi aedificium scholae hodiernum stat, quondam coemeterium<sup>6</sup> publicum fuit. A. 1820 incipit schola nostra aedificari, sed postea destruitur et a. 1893 aedificatur novum aedificium scholae. Monasterium et antiqua schola multa perpetiebantur: ibidem erant ordine valetudinarium,<sup>7</sup> bibliotheca, castra militum, quin<sup>8</sup> etiam<sup>8</sup> carcer ab hostibus oppugnatus, postremo autem aedificium incendio in cineres versum terraeque motu perversum est. Et tamen 535 Patres Scholarum Piarum, ex quibus 43 in coemeterio oppidi Sátoraljaújhely quiescunt, erudiverunt plus quam 50 milia discipulorum in litteris et laboribus, necnon in amore patriae atque humanitate.

*Iosephus Kusnyér*

abituriens Sch. P. Sátoraljaújh.

<sup>6</sup> temető = Friedhof = cimetiére <sup>7</sup> kórház = Spital = hôpital <sup>8</sup> sôt = sogar = mème

## LECTARIUS MINIMIS.

### Jocosa.

1. **Canis sine dentibus.** A: Quaeso, amice, veni ad me, procede! — B: Timeo, ne canis tuus me mordeat.<sup>1</sup> — A: Nullum est periculum: solum noctu mordet, die enim dentium<sup>2</sup> seriem<sup>2</sup> cani eximimus.<sup>3</sup>

2. **In vino veritas.** Iudex ad testem, qui ebriolus<sup>4</sup> esse videbatur: Tu audes huc venire, postquam tantum vini bibisti? — Testis: Bibi, ut veritatem dicerem.

*Ioannes Mina* disc. Luganensis.

1. **Duo Scoti conveniunt.** «Accepistine — interrogat Pat — epistolam meam?» — «Accepi» respondet Sam. — Pat: «Ego in epistola filiam<sup>5</sup> tuam in matrimonium<sup>5</sup> petiveram,<sup>5</sup> sed tu nihil respondisti.» — Sam: «Quia non adiunxisti<sup>6</sup> epistolae pittacium,<sup>7</sup> ut respondere possem.

2. **Strabo.**<sup>8</sup> A: Quam ridiculus est obtutus<sup>9</sup> oculorum tuorum! — B: Causa est aenigma<sup>10</sup> crucis,<sup>10</sup> nam altero oculo seriem libratam,<sup>11</sup> altero autem directam<sup>12</sup> specto.»

*Ervinus Hajas* disc. Agriensis.

1. **In cursu certamine.**<sup>13</sup> Filius: Cur curiunt hi homines, pater? — Pater: De<sup>14</sup> calice argenteo certant. — F.: De quali calice argenteo? — P.: Quem primus accipiet. — F.: Tantum primus accipiet calicem? — P.: Ita est. — F.: Cur igitur currunt ceteri quoque?

2. **Homo stultus aestate ex urbe rus<sup>15</sup> it et vesperi in campo stans spectat solem occidentem.** Tum exclamat: «O, quam pulcher est occasus solis! Usque ad solis ortum spectare possim!»

*Stephanus de Csinády*

disc. Piani Quinqueecclesiis.

<sup>1</sup> harap = beißen <sup>2</sup> mordre <sup>3</sup> műfogsr = künstliches Gebiß = dentier <sup>4</sup> kivesz = herausnehmen = enlever <sup>5</sup> píttyókos = leicht angetrunken = pompette <sup>6</sup> a leány kezét megkérni = um die Tochter anhalten = demander la main <sup>7</sup> mellékel = beischließen = annexer <sup>8</sup> bélyeg = Briefmarke = timbre-poste <sup>9</sup> kancsal = Schieler = louche <sup>10</sup> tekintet = Blick = regard <sup>11</sup> keresztretjvény = Kreuzrätzel = problème de mots croisés <sup>12</sup> vízszintes = waagrecht = horizontal <sup>13</sup> függélyes = senkrecht = vertical <sup>14</sup> versenyfutás = Wettlauf = course <sup>15</sup> ért = um = pour <sup>16</sup> falura = aufs Land = à la campagne

1. **Nebulo parvus venit e schola et indignatur.**<sup>1</sup> Pater eius interrogat: «Cur indignaris?» Filius respondet: Est inscriptio in schola: «Classis prima», et tamen sunt scamna<sup>2</sup> lignea.<sup>2</sup>

2. **Hospes it in cauponam.**<sup>3</sup> Vult ius<sup>4</sup> edere. Caupo<sup>5</sup> fert in catino<sup>6</sup> ius. Hospes: «Ego — inquit — non possum edere hunc cibum!» — «Cur? — rogat caupo — hoc ius est optimum.» — «Credo — respondet hospes — sed ego non accipi ligulam.»<sup>7</sup>

*Geysa Tauszig* disc. Madáchiani Bp.

<sup>1</sup> zúgolódik = unwillig sein = s'indigner <sup>2</sup> fapadok = hölzerne Bänke = banc de bois <sup>3</sup> vendéglő = Gasthaus = restaurant <sup>4</sup> leves = Suppe = potage <sup>5</sup> vendéglős = Gastwirt = hôte, aubergiste <sup>6</sup> tányér = Teller = assiette <sup>7</sup> kanál = Löffel = cuillère

**Causa belli.** Puer a patre suo quaerit, quomodo bella oriantur. «Ante<sup>1</sup> oculos<sup>1</sup> tuos<sup>1</sup> — dicit pater — inter Americam et Britanniam controversiam fieri proponere.»<sup>1</sup> — «Casum talem — interpellat<sup>2</sup> mater — ante oculos proponere nemo potest.» — «Scio, — respondet pater — tantum exempli causā dico.» — «Exemplum quoque malum est, — dicit animo<sup>3</sup> concitato<sup>3</sup> mater — puerum in errore ducis.» — «Rem in falsum<sup>4</sup> auge.»<sup>4</sup> — dicit iam iracunde pater. — «Sed tamen vera loquor», inquit illa. — «Res meas noli turbare! Hoc tamen flagitium<sup>5</sup> est!...» — Puer ad iurgium<sup>6</sup> parentum adhuc animum<sup>7</sup> silentio attendit.<sup>7</sup> Nunc autem dicit: «Omitte, pater! Iam scio, quomodo bellum oriantur!»

*Lad. Tamás* disc. Vesprimiensis.

1. **Vicinus.** A: Heus vicine, proximā nocte aliquis iterum ebrius<sup>9</sup> apus vos domum reversus est. Audivi enim aliquem per gradus scalae deorsum<sup>10</sup> praecipitem<sup>10</sup> ferri.<sup>10</sup> — B: Ille non ego fui. — A: Recte dicis. Ille socius tuus, dominus Bagó fuit, quem tu titubans<sup>11</sup> de pedibus<sup>12</sup> subvertisti.<sup>12</sup>

2. **Balaena.**<sup>13</sup> Paedagogus domesticus pensum docet Georgium parvum: «... Balaena est animal ingenti magnitudine. Corpore est maximum animalium, attamen minimis piscibus, exempli causā sardiniis vescitur...»<sup>14</sup> — «Habet manus quoque? interrumpit<sup>15</sup> eum parvus. — «Non.» — «Quomodo potest ergo pyxidem<sup>16</sup> ferream<sup>16</sup>, in qua pisces sardinii sunt, aperire?»

3. **Parsimonia.** Servus interrogat argentarium<sup>17</sup> avarum: «Novo quoque procuratori apponam in mensa atramentarium?»<sup>18</sup> — Argentarius: «Expectes, dum apparebit. Forsitan habet calamum<sup>19</sup> atramento<sup>19</sup> repletum.<sup>19</sup>»

4. **Ludus singularis.** Mater: «Vestis tua tota ubique perforata<sup>20</sup> est, tu nequam!» — Filius: Ignoscas,<sup>21</sup> matercula mea, ludebamus ludum<sup>22</sup> tabernae<sup>22</sup> cupedulariae,<sup>22</sup> et ego fui: caseus<sup>23</sup> Ementhalensis.»

*Fel. Gondán* dr. O. Cist. (Baja.)

<sup>1</sup> elképzél = sich vorstellen = s'imaginer <sup>2</sup> szavába vág = unterbrechen = interrompre <sup>3</sup> indulatosan = aufgeregt = énérvé <sup>4</sup> túlözni = übertreiben = exagérer <sup>5</sup> vulgo: scandalum <sup>6</sup> veszekedés = Zänkerei = dispute <sup>7</sup> figyelt = beobachten = observer <sup>8</sup> elmúlt = vorig = passé <sup>9</sup> részegen = berauscht = gris, ivre <sup>10</sup> lebukfencezni = abburzeln = dégringoler <sup>11</sup> támolygásával = taumeln = tituber <sup>12</sup> fellök = umstoßen = renverser <sup>13</sup> bálna = Wallfisch = baleine <sup>14</sup> táplálkozik = sich nähren = nourrir <sup>15</sup> félbeszakít = unterbrechen = interrompre <sup>16</sup> bádogszele = Blechbüchse = boîte de fer blanc <sup>17</sup> bankár = Bankier = banquier <sup>18</sup> tintatartó = Tintenfaß = encrier <sup>19</sup> töltőtoll = Füllfeder = stylographe <sup>20</sup> lyukas = durchlöchert = percé, troué <sup>21</sup> megbocsát = verzeihen = pardonner <sup>22</sup> csemegeboltosdi = Delikatessengeschäft = magasin de comestibles <sup>23</sup> sajt = Käse = fromage

## Varia.

I. Franciscus Lehár primam classem mediae scholae Budapestini in gymnasio Ordinis Scholarum Piarum frequentavit. Praefectus quondam classis ejus sic allocutus est patrem ejus, seniores Fr. Lehár: «Filius Vester, Franciscus, ipse est jucundissima levitas<sup>1</sup> et levissima jucunditas . . .»  
*Alex. Weber* disc. Sch. Piarum Bp.

II. Eugenio Sabaudiensi,<sup>2</sup> cum anno 1716 praefuit exercitui, Carolus VI. rex dixit: «Summum imperatorem tibi praeficiam.»<sup>3</sup> — «Inopinato<sup>4</sup> mihi hoc accidit — inquit Eugenius — quisnam erit ille?» Tum Carolus rex tradidit ei Christum cruci affixum, in qua scriptum erat: «Jesus Christus Generalissimus». Hanc crucem deinde Eugenius semper secum portabat.

*Emericus Pallagi* disc. Makonensis.

III. De Francisco Deák et de archiduce.<sup>5</sup> Franciscus Deák, sapiens patriae, apud quemdam propinquum, Franciscum Szeniczey, possessorem<sup>6</sup> agrorum<sup>6</sup> Paksensem quotannis tempus diuturnum quietis causā transigere<sup>7</sup> solebat. Aliquando factum est, ut etiam Iosephus archidux regius in oppidum Paks veniret spectaturus<sup>8</sup> praesidium militare ibi collocatum. Cum certior<sup>9</sup> factus est<sup>9</sup> etiam Franciscum Deák ibi esse, misit juvenilem praefectum<sup>10</sup> militum<sup>10</sup> ad Szeniczey, quod inuntiaret archiducem venire, ut saluraret sapientem senem. Quibus<sup>11</sup> auditis<sup>11</sup> tota familia hortabatur Franciscum Deák, qui lēvi aestivā veste<sup>12</sup> domestica<sup>12</sup> indutus<sup>12</sup> erat, ut vestem mutaret, nam ita non deceret excipere dominum augustum. Dominus senex, quem<sup>13</sup> iam taedebat<sup>13</sup> exhortationis diuturnae, dixit: «Bene. Afferte igitur aquam, ut manūs meas lavem!» Ita ornatus archiducem excēpit.

*Ioannes Tóth* disc. Ginsiensis.

<sup>1</sup> könnyelműség = Leichtsin = légéreté, frivolité  
<sup>2</sup> Szavojai = von Savoia = de Savoie <sup>3</sup> föléje rendel = vorsetzen = mettre au-dessus de <sup>4</sup> váratlanul = unerwartet = inopinément <sup>5</sup> főherceg = Erzherzog = archiduc <sup>6</sup> földbirtokos = Gutsbesitzer = propriétaire (rural) <sup>7</sup> tölt = verbringen = passer <sup>8</sup> hogy megtekintse = zu besichtigen = visiter <sup>9</sup> értesült = erfuhr = apprendre <sup>10</sup> tiszts = Offizier = officier <sup>11</sup> postquam haec audita sunt <sup>12</sup> pongyolában = in Hauskleidern = en robe de chambre <sup>13</sup> aki únta = der überdrüßig wurde = en avoir plein le dos

## LECTORIBUS MEDIIS

## Quomodo linguam Latinam discamus.

(2)

Scrīpsit: *Margaretha Bella* disc. Ursulani Scarabantini.

*Magistra*: Perge Emese!

*Emese*: Inter feminas Veturia erat, mater magno<sup>6</sup> natu<sup>6</sup> Coriolani, quae irā incensa Coriolano dixit: «Si filium non haberem, tam infelix non essem». Filio ad complexum properanti osculum abnegavit, dum nesciret, utrum ad filium, an ad hostem venisset. Coriolanus matronas domum mittens legionem suam et terra Romana reduxit. Veturia patriam magis amavit, quam filium suum.



Milites nostri in Transsylvania procedentes (pag 20).

*Magistra*: Bene habet Emese. Vos anno proximo diligentes fuisse video. Sed scitis-ne, quomodo res gestae Romanorum posteritati traditae sint.

*Helena*: Hoc non discibamus, dic nobis, quaeso, magistra.

*Magistra*: Attendite ergo! Res Romanae ab urbe condita a Livio conscriptae sunt. Temporibus antiquissimis pontifex maximus res memorabiles anni in tabulis adnotabat, quae annales nominantur. Scriptorum antiqui ex his fontibus opera sua composuerunt. Historiam Romanam, ut scitis, Titus Livius primus litteris<sup>7</sup> persecutus<sup>7</sup> est. Facta nostrorum quoque maiorum<sup>8</sup> a scriptoribus antiquis latine conscriptae sunt. Latina ergo est lingua non solum Romanarum, sed etiam litterarum antiquarum Hungarorum. Quid possumus discere ex operibus Livii, Caecilia?

*Cecilia*: Ex operibus Livii discere possumus, historiam Romanam vere magistram vitae esse.

*Magistra*: Bene habet! Discibatis-ne anno superiore carmina, Martha?

*Margaretha*: Anno superiore carmen Phaedri «Lupus et agnus» discibamus.

*Magistra*: Quis erat Phaedrus? Caecilia.

*Caecilia*: Phaedrus libertus Augusti erat et fabulas Aesopi in linguam Latinam vertit. In his

<sup>6</sup> élemedett = bejährt = âgée <sup>7</sup> írásba foglal = schriftlich aufzeichnen = écrire <sup>8</sup> ősök = Ahnen = ancêtres, aïeux

fabulis vitia aequalium monstravit et illusit eis. Haec fabula de lupo et agno illos homines reprehendit, qui fictis causis innocentes opprimunt.

*Magistra*: Forsitan carmen in partes divisum recitare possitis. Venite Xenia, Agnes et Helena!

Pronunciatrix<sup>9</sup> est Xenia. Partes<sup>10</sup> lupi Agnes, agni autem Helena agit.<sup>10</sup>

*Magistra*: Probissime. Vos huius carminis non oblituras esse spero. Ideo saepe repetite, quia «Repetitio est mater studiorum!»

(Tintinnabulum sonat.)

*Finis.*

<sup>9</sup> elbeszélő = Erzählerin = narratrice <sup>10</sup> szerepet játszik = Rolle spielen = jouer un rôle

## Commercium epistolare.

Illustrissime Domine Moderator!

Sciscitantem te, quomodo stipendium meruerim, libenter certiore facio de militia mea in Transsylvania.

Illo ipso tempore, cum per undas radiotelephoniae cognovimus Claudiopolim thesauris refertam, regiones Transsylvanicae pulchrae divitiis affluentibus<sup>1</sup> et Montes Carpatos nivales iterum nostros esse, prope fines Trianonicos in castris fuimus. Legio nostra (17. legio pedestr. Magna-Canissana) ad fines versus ratione<sup>2</sup> et via<sup>2</sup> instituta<sup>2</sup> signa movit, ut loco constituto (ad Kőrösnagyharsány) fines Trianonicos transgrederetur.

Incolae ibi habitantes portā triumphali, floribus sub vexillis milites benigne excipiunt. Impigre ubique<sup>3</sup> viā stant et cum magno exsultantique<sup>4</sup> ardore animi milites celebrant. Ante portas triumphales floribus ornatas atque collustratas cum lacrimis Hymnum, «Vocem<sup>5</sup> vatis<sup>5</sup>» et Confessionem<sup>6</sup> fidei<sup>6</sup> Hungaricam cantant. Denique apud fines regni stamus. Omnes homines legionis nostrae lacrimis obortis in termino stant, qui immensam planitiem<sup>7</sup> Hungaricam dissecabat! Fossae, lapides albi iam non sunt fines regni, non sunt cancelli carceris. Homines regionis concurrunt, quin etiam populus Valachicus animo intento et curioso adest. Post meridiem zonam<sup>8</sup> munimentorum<sup>8</sup> transgredimur, quae ante urbem Magno-Varadinum extenduntur. Quae armis occupanda multo sanguino Hungarico constitissent! Pervenimus in urbem regis S. Ladislai. Magno-Varadinum copias intrantes inflammatione infinita animorum accipit et gaudii per liberationem effecti documenta innumerabilia edit. At nulla est cunctatio. Viam<sup>9</sup> stratam<sup>9</sup> Claudiopolitanam ingredimur. Alterum post alterum vicorum pagorumque ardore elatorum relinquimus et iam ante Transitum<sup>10</sup> Saltus<sup>10</sup> Regii<sup>10</sup> stamus. Transitus iugi propter multas difficultates semper recordatione omnes, qui aderant, comprehendet. Pervenimus in loca recuperata: Kalotaszeg, Bánffy-Hunyad, Csucs, Gyalu, Győrővásárhely, Kőröső et iam non amplius 20—30 kilometra ab urbe Claudiopoli absumus. Nunc tempestati, quae adhuc fuit, splendidae apricaeque imber ingens succedit. Legio per pluviam usque ad nubium<sup>12</sup> ruinam<sup>12</sup> crescentem in urbem ad forum regis Matthiae ingreditur, ubi sub vexillo evoluto in triumpho gravissimo apud duces exercitus praetergreditur.<sup>13</sup> Milites<sup>14</sup> gregarii<sup>14</sup> nostri contra imbrem obstrepentem ardore exsultanti spectatorem inflammati, obliviscentes laborum subridenter, animo hilari in viis Claudiopolis liberatae procedunt. Sed neque ardori spectato-

res temperare possunt: in aqua talos<sup>15</sup> attingenti<sup>15</sup> stantes permulcent, amplectuntur, osculantur unum quemque militum Hungaricorum, equos et arma: his documentis amoris permultis Hungari urbis laetitiam significant. Omnes laetantur, omnes beati sunt, fere tota urbs se<sup>16</sup> ad numerum<sup>16</sup> movet.<sup>16</sup>

A. d. XVII. Kal. Oct. etiam Gubernator Nic. Horthy urbem liberatam Claudiopolim introivit. Recensionem<sup>17</sup> et pompae<sup>19</sup> militari<sup>17</sup> legio nostra cum vexillo suo praefuit. Omnibus nostrum memoratu dignum erit, nos die festo talis rei gestae historicae eminentis Summo Imperatori nostro honorem praestare potuisse.

A. d. X. Kal. Oct. «Tedeum» cantando exercitus laudes gratesque Deo egit. Praefecti<sup>18</sup> militum<sup>18</sup> et milites gregarii legionis meae in templo Scholarum Piarum (i. e. in templo Universitatis Claudiop.) missae sollemni intererant. Orationem religiosam gratias agentem, post 22 annos linguā Hungaricā primam, ego ipse habui. Nunquam memoria huius diei ex animo meo excidet, sed etiam, existimo, nemini milium praesentium. Missā finitā magnificentissimam fasciam<sup>19</sup>, cui inscribitur «Pro Transsylvania», a Claudiopolitanis legionis dono datam uxor Georgii e comitibus Bethlen ad vexillum Marianum legionis alligavit. Celebratio, triumphus, amor vestigia nostra comitabantur.

A. d. VI. Kal. Oct. Magnam-Canissam reversi sumus, omnes animo contento, gaudio affecti, nam fecimus, quod patria a nobis poposcerat et id, quod ad finem perduximus, honesta<sup>20</sup> oblectatio<sup>20</sup>, labor virilis fuit.

Tibi perpetuo addictissimus

Ioannes Jeney dr. Sch. P. Vaciensis.

<sup>1</sup> bővelkedő = reich = abundant <sup>2</sup> tervszerűen = planmäßig = conformément aux prévisions <sup>3</sup> mindenütt = überall = partout <sup>4</sup> ujjongó = jauchzen = jubiler <sup>5</sup> Szózat = Mahnruf = Appel <sup>6</sup> Hiszekegy = Glaubensbekenntnis = confession de foi <sup>7</sup> Alföld = Tiefland = plaine <sup>8</sup> erődőv = Festungsgürtel = zone fortifiée <sup>9</sup> műút = Landstraße = chaussée <sup>10</sup> Királyhágó = Königssteig = col reliant la Transylvanie avec le reste de la Hongrie <sup>11</sup> emlékezetben tart = in der Erinnerung festhalten = garder la mémoire <sup>12</sup> felhőszakadás = Wolkenbruch = pluie torrentielle <sup>13</sup> vki előtt elvonul = vorbeimarschieren = passer devant qqun <sup>14</sup> legénység = Mannschaft = les troupiers <sup>15</sup> bokáig érő = bis an die Knöchel reichend = jusqu'aux chevilles <sup>16</sup> táncol = tanzen = danser <sup>17</sup> díszelgés = Militärparade = parade militaire <sup>18</sup> tiszt = Offizier = officier <sup>19</sup> szalag = breites Band = large ruban <sup>20</sup> jó mulatság = gute Unterhaltung = amusement honnête

## De Transsylvania.(2)

Scriptis Oscarus Suszter Zalaegerszegiensis.

Sed gaudium nostrum non est perfectum,<sup>7</sup> quia non possumus illarum Transsylvanicae partium nobis aequae carissimarum oblivisci, quae nunc quoque disiunctae manent. In hac quoque terra urbes sunt, quarum saxa de sorte laeta vel maesta populi nostri loquuntur. Non rediit ad patriam Arad, urbs illa antiqua Hungarica, quae nobis sancta est, quia memoria illorum virorum fortium conservat, qui armis pro libertate Hungariae captis hic mortis condemnati interfectique sunt. Neque Alba Julia (Gyulafehérvár) revertit, tempore

<sup>7</sup> tökéletes = vollkommen = parfait

principum caput sedesque<sup>8</sup> Transsilvaniae, neque Nagyenyed, ubi princeps Gabriel Bethlen scholam superiorem condidit, quae nunc quoque superest et de litteris et arte educandi semper optime<sup>9</sup> meruit.<sup>9</sup> Trans fines novas remanserunt etiam Corona (Brassó), urbs amoenissima, in industria commercioque maxime progressa et Segesvár, ubi Petöfi poeta noster maximus in pugna a Russis interfectus est. Et magnopere dolemus, quod non recepimus urbem Vajdahunyad, ubi Iohannis Hunyadi arx saeculo XV arte mirabili aedificata eminet, qui Turcas, non modo Hungariae, sed etiam toti Europae olim perneciam minantes toties devicerat.

Longum est regiones urbesque non redditas enumerare. Non potest negari in hac parte Transsilvaniae Hungaros numero Rumenorum superari. Sed constat hos crudelitatem propriorum principum vimque Turcarum fugientes in Hungariam migravisse locumque Hungarorum in tot bellis contra Turcos gestis occisorum paulatim occupavisse. Quamquam numerus Rumenorum in parte Transsilvaniae non recepta maior est, attamen hanc patriam non illi paraverunt, urbes non illi aedificaverunt et terrae glaebas<sup>10</sup> non illi primi aratris exciderunt.<sup>10</sup> Sed si gaudium nostrum non perfectum est, perfecta est gratia, quam illis debemus, quorum arbitrio magnam Transsilvaniae partem recepimus. Integrā Hungariā non modo nobis opus est, sed toti Europae, quia, quanto maior et validior est patria nostra, tanto maiore vi potest pacem, ordinem et progressionem humanam defendere et promovere.

<sup>8</sup> főváros = Hauptstadt = capitale <sup>9</sup> érdemet szerez = sich verdient machen = refaire des mérites <sup>10</sup> a rögeke feltörni = die Schollen aufackern = défricher

## De vi oeconomica Transsilvaniae reversae.

Partem septentrionalem Transsilvaniae pauperiorem quam meridionalem esse, sed maximam partem Hungarorum Transsilvanorum hic vivere satis notum est. Oculis in tabulam geographicam coniectis constituere possumus, quantum superficies partium reddituarum abs ceteris partibus differat. Haec terra frequens<sup>1</sup> montibus est, cui igitur fructus adaptantur. Haud dubium est, quin divitiae maximae terrarum orientalium silvae sint, sicuti in Transsilvania genera maxime varia lignorum esse notum omnibus est. Adhuc Hungaria externis indigebat lignis; nunc autem e copia pinorum etiam exportare possumus. E metallis<sup>2</sup> praesertim salinas<sup>3</sup> recepimus (Désakna, Aknasugatag, Rónaszék), sed aliquantum carbonii quoque rediit. Maxima autem metalla in parte Transsilvaniae Rumena permanserunt. Ceterum Transsilvaniae plurimis in rebus opus est Plano<sup>4</sup> Magno Hungarico, et quidem: in frumentis ceterisque alimentis, sed rem<sup>5</sup> pecuariam<sup>5</sup> in montibus altis grandem esse satis constat.

Mentio etiam facienda est partis metallorum auri a nobis rursus receptae. Magnis balneis<sup>6</sup> celebribus receptis peregrinorum<sup>7</sup> quoque frequentia<sup>7</sup> augebitur. Balneae celeberrimae sunt: Tusnád, Szováta, Borszék etc. Parte finium mille annorum, lineā Carpathicorum montium de integro securitatem patriae defendi gravissimi momenti militaris est. Speramus fore, ut regiones denuo Hungariae factae vitam oeconomiam patriae nostrae recreent.

Arthurius Stern, disc. gymn. Hebr. Bp.

<sup>1</sup> plena <sup>2</sup> bánya = Bergwerk = mine <sup>3</sup> sóbánya = Salzgrube = saline <sup>4</sup> alföld = Ebene = plaine <sup>5</sup> állattenyésztés = Viehzucht = élevage de bétail <sup>6</sup> fürdőhely = Badeort = station balnéaire <sup>7</sup> idegenforgalom = Fremdenverkehr = tourisme <sup>8</sup> jelentőség = Bedeutung = importance

## Aenigma Rumenum.<sup>1</sup>

In actis<sup>2</sup> diurnis<sup>2</sup> «Fränkischer Kurier» intitulatis legebam, quae sequuntur.

Aenigma Rumenum pervestigazione<sup>3</sup> scientiae<sup>3</sup> hucusque solvi non potuit. Rumeni — ut<sup>4</sup> auctores sui testantur<sup>4</sup> — a Dacis orti sunt, ab illa gente Thracum, quae quondam etiam apud Romanos auctoritate valebat.

Roma intervallo sexaginta et centum annorum vix praeterito Daciam a Traiano subactam defendere iam non valuit. Aurelianus legiones ex Dacia abduxit atque colonos Romanos in Moesiam Inferiorem demigrare iussit. Itaque ergo Transsilvaniam incolae nobis primum noti anno CCLXXI.



Locus novi belli (pag. 22).

reliquerunt. Romanis tempore migrationis<sup>5</sup> populorum<sup>5</sup> ad breve tempus Gothi, Hunni et Avari successerunt, mox terram illam Hungari possederunt. Reges Hungarorum circa annum MCL incolas Germanos ab Rheno et Flandria in Transsilvaniam deducendos curabant, quibus eam frequentabant.<sup>6</sup> Eodem fere tempore advenis Valachis<sup>7</sup> quoque sedes ibi concesserunt.


Rumeni magnam partem Dacorum, moribus Romanorum indutorum, in clivis Alpium et agris finitimis remansisse confirmant. Qui maiores<sup>8</sup> Rumenorum turbulentissimo tempore mutationis sedium populorum in montes Transsilvaniae se recepisse dicuntur. Exinde profecti saeculis XIII. et XIV. in Moldova et Moesia Superiore colonias condebant. Qua<sup>9</sup> mente<sup>9</sup> aborigines<sup>10</sup> Transsilva-

<sup>1</sup> román = rumänisch = roumain <sup>2</sup> újság = Zeitung = journal <sup>3</sup> tudományos kutatás = wissenschaftliche Forschung = recherches scientifiques <sup>4</sup> tanúsága szerint = nach Zeugnis jmdes = selon le témoignage <sup>5</sup> népvándorlás = Völkerwanderung = migration des peuples <sup>6</sup> benépesít = bevölkern = peupler <sup>7</sup> oláh = Walache = Valaque <sup>8</sup> ősök = Vorfahren = ancêtres <sup>9</sup> ezen vélemény szerint = nach dieser Meinung = d'après cette opinion

niae Rumeni fuerunt, Hungari tantum advenae.

Quae quidem sententia imprudenti plausibilis<sup>11</sup> esse videtur, sed velim audias atque consideres argumenta, quae ei contradicunt. Fere per mille annos de Dacis, qui Romani facti esse dicuntur, nullam memoriam accepimus et nullum de eis scriptum nec una littera superest. Inde ab anno CCLXXV. nulla monumenta nec Latina nec Rumena effossa sunt. Totâ Transsilvaniâ nulla est urbs, quae nomen Rumenum habet. Adde, quod etiam fluvii nomina ubique vel ab Hungaris vel a Germanis vel ab Slavibus indita sunt. Si tamen concedamus nonnullas reliquias Dacorum superesse, manifestum est eos linguam maiorum<sup>8</sup> iam non callere atque iam dudum a cultu antiquo defecisse. Non est igitur probabile hos fuisse maiores<sup>8</sup> Rumenorum nostrae memoriae.

Praeterea alia multa argumenta demonstrant Rumenos non fuisse aborigines in Transsilvania. Liceat nobis duo tantum ex multis afferre. In lingua Rumena vix dialectos inveneris. Valachi Moldovenses, Transsilvanenses, quin etiam Rumeni in Macedonia et in Graecia Septentrionali et in Serbia Meridiana dispersi fere eiusdem sunt



Milites Graeci Athenis ante ruinas templi Iovis colliguntur.

linguae. Quomodo hoc fieri potest, si maiores eorum iam tertio saeculo ita dissipati erant, ut pars eorum in Transsilvania remanserit, pars ultra Danubium ad meridiem consederit? Porro lingua Rumena multa verba originis Illyricae<sup>12</sup> continet, ceterum duae linguae praeter opinionem similes sunt. Quod autem nequaquam intelligi potest, si Rumeni ex Transsilvania orti essent, ubi eos ab Illyriis<sup>13</sup> non tantum Danubius, sed etiam plures gentes barbarorum separaverunt. Sed res statim plausibilis fiet, si sententiam eorum sequimur, qui maiores<sup>8</sup> Rumenorum Aureliano iubente ad meridiem a Danubio migrasse et sic in vicina<sup>14</sup> Illyriae<sup>15</sup> pervenisse dicant. Res enim ita se habet: Rumeni Iugoslavici prementibus ad septentrionem progressi *multo post* in Transsilvaniam Hungaricam pervenerunt.

*Aem. Láng* (Keszthely).

<sup>10</sup> öslakók = Ureinwohner = habitants primitifs  
<sup>11</sup> meggyőző = einleuchtend = plausible <sup>12</sup> Albanicae  
<sup>13</sup> Albani <sup>14</sup> scilicet: loca <sup>15</sup> Albania

## Nuntii recentissimi.

**Nuntii bellici et politici.** Germani timentes, ne Angli puteos petrolearios pyrobolis<sup>1</sup> in Romania — unde et Germani et Itali maximam partem benzinae necessariae accipiunt — disicerent,<sup>2</sup> copias, quae Rumenos in his puteis custodiendis adiuvarent,

miserunt. Quam ob rem Angli fere omnes Rumeniam reliquerunt. — Itali in Graeciam per Albaniam invaserunt, quia Graeci Anglis faventes noluerunt firmamenta<sup>3</sup> militaria Italibus praebere. Quamquam montes Epirotici 2000 metrorum alti sunt, tamen Graeci ab Italis paulatim magis magisque reprimuntur. — **Hitlerius et Pétain Duces** nuper convenerunt, ut deliberarent, quomodo Germani et Franci mutuâ<sup>4</sup> operâ<sup>4</sup> inter<sup>4</sup> se<sup>4</sup> adiuvare<sup>4</sup> possent. — In Turcia, uti recensensus<sup>5</sup> populi<sup>5</sup> novissimus demonstravit, 18,000,000 hominum vivunt; 5 annis ante tantum 16,000,000 fuerunt. — **Roosevelt** a civibus U. S. A. iam tertium praeses plurimis suffragiis factus est.

**Anniversarii.** Academia Aboensis in Finnia a. 1640 condita est. — A. 1790 primus ludus scenicus in theatro Arcis Budensis hungarice editus est. — Christianus X rex Daniae annum vitae 70 celebravit.

**Tabulae mortuorum.** Fautor noster conditorque certaminum Latinorum in Hungaria: *Eugenius Pintér* morbo periculoso confectus 60 annos natus vitâ decessit. Molliter ossa cubent! — *Chamberlain*, qui a. 1939 bellum indixerat Germaniae, 71 annos natus mortuus est. — *Terrae motus* horribilis Rumeniam percussit. Permultae domus collapsae sunt, incolarumque plerique sub ruinis perierunt. In urbe Bucharesto adhuc 262 cadavera inventa sunt. Reverta nos homines «pulvis et umbra sumus».

<sup>1</sup> bomba = Bombe = bombe <sup>2</sup> szétrombol = zerstören = détruire <sup>3</sup> támaszpont = Stützpunkt = point d'appui <sup>4</sup> együttműködni = zusammenwirken = coopérer <sup>5</sup> népszámlálás = Volkszählung = recensement de la population

## Monachus Hricsonensis.<sup>(3)</sup>

Fabula plebis descripta a *Victore Rákosi*. Latine reddidit: *Ios. Guelmīno* Bp.

Me paene pudebat huius rei, cum ientaculum<sup>72</sup> nostrum parari coeptum<sup>73</sup> est. Nos, scilicet, panem lardumque<sup>73</sup> torrebamus<sup>73</sup> et sic luxuriose vescebamur. Post etiam poculum vini exhaustum est.

Senem odor lardi tosti paulisper incitabat et ideo ultra casellam progressus est in partem priorem ratis, quo longius abesset a nobis. Ego autem in cogitationibus defixus spectabam illum: ecce, hic victu tenuissimo, post multa ieiunia<sup>74</sup> pervenit ad<sup>75</sup> 72. annum. Et adhuc decem annos vivere longe vere non est desiderium nimium. Quis scit, perveniamusne nos cibis nostris electis, victuque fastidioso<sup>75</sup> ad hanc senectutem?

Et assedi apud illum, ut paulisper colloqueremur. Tunc ipsum pedes laesos<sup>76</sup> lavit in fluvio, deinde detersit.<sup>77</sup>

— Audin,<sup>78</sup> reverende pater! Cum Slovaci nostri te aspexissent, cruce se signaverunt et attoniti<sup>79</sup> dixerunt: ibi, ibi stat monachus Hricsonensis. Quid sibi vult haec exclamatio?

— Ignorasne, domine, historiam arcis Hricsó?  
— Ignoro.

— Nunc ipsum praetervehimur<sup>80</sup> illum. Habesne telescopium<sup>81</sup> bonum?

— Habeo.

<sup>72</sup> reggeli = Frühstück = petit déjeuner <sup>73</sup> szalonnát pírít = Speck rösten = rôtir du lard <sup>74</sup> koplálás = Hungern = faim <sup>75</sup> finnyás = wählerisch = difficile <sup>76</sup> sebes = wehe = endolori <sup>77</sup> megtöröl = abtrocknen = essuyer <sup>78</sup> nézze, kérem = hören Sie? = écouter! <sup>79</sup> megrendülve = bestürzt = bouleversé <sup>80</sup> mellette elmegy = vorbeifahren = passer à côté <sup>81</sup> messzelátó = Fernrohr = longuevue



— Da mihi!

Tunc in partem posteriorem ratis ivimus. Senex telescopium oculis adaptavit et in verticem<sup>82</sup> longinquam direxit. Mox tradidit mihi interrogans: «Quid vides?»

— Ruinas fumosas, paene integras.

— Et portam arcis?

— Optime video.

— Et quid vides contra<sup>83</sup> portam? Inspice accurate istas rupes. Inter eas una formā est insolita. Non vides?

— Quin<sup>84</sup> imo<sup>84</sup> bene video istam. Formam hominis imitari videtur.

— Optime! Illa est monachus Hricsonensis.

Omnes per telescopium inspexerunt rupem illam. Et tum senex: «Nunc autem considamus ad ignem et ego enarrabo vobis historiam monachi Hricsonensis. Centum et centum annis ante dominus arcis Hricsó erat eques quidam Bohemus,<sup>85</sup> nomine Lahár. Mortuo illo arcem vidua<sup>86</sup> illius hereditate accepit. Liberos non habebant. Vidua misera tres annos lugebat virum. Tres annos non reliquit arcem, neque hospites accepit in arce. Velamine<sup>87</sup> lugubri<sup>87</sup> velata<sup>87</sup> ambulabat in horto arcis, comitata a famulis similiter vestitis. Tribus autem annis praeteritis apertae sunt portae, et illa ipsa albo longoque vestitu ornata, equo albo vecta apparuit et comitantibus satellitibus<sup>88</sup> suis adiit servos suos in suis vicis. Et statim pervagabatur fama viduam equitis Lahár luctu<sup>89</sup> deposito<sup>89</sup> rediisse ad laetitia vitae. Et ecce equites, iuvenes et iam longius proventi<sup>90</sup> aetate<sup>90</sup> viam ingressi sunt visitaturi castellum splendidissimum viduae.

Vidua certe non erat annis iuvenilibus. Et secessus<sup>91</sup> trium annorum et luctus rugis<sup>92</sup> sulcavit<sup>93</sup> vultum quondam pulcherrimum. Et tamen per multi aemulabantur<sup>94</sup> inter se, ut illam uxorem haberent, quoniam libentissime parati erant potiri arce splendidissima, opibus, vicisque propriis<sup>95</sup>. Vidua autem in neminem inclinatione<sup>96</sup> voluntatis<sup>96</sup> propendebat.<sup>96</sup>

Tantum unus ex equitibus placebat illi: Franciscus Thurzó, dominus arcis vicinae, et ipse viduus.

*Continuabitur.*

<sup>82</sup> hegyecsúcs = Gipfel = sommet <sup>83</sup> szemben = gegenüber = en face <sup>84</sup> sőt inkább = ja sogar = au contraire <sup>85</sup> cseh = Böhm = Tchech <sup>86</sup> özvegy = Witwe = veuve <sup>87</sup> gyászfatyolban = in Trauerschleier = voile de deuil <sup>88</sup> csatlós = Reitknecht = écuyer <sup>89</sup> a gyász letenni = die Trauer ablegen = déposer le deuil <sup>90</sup> előhaladott korú = in vorgerückteren Jahren = d'âge avancé <sup>91</sup> visszavonultság = Abgeschiedenheit = retraite <sup>92</sup> ránc = Runzel = ride <sup>93</sup> barázdálni = furchen = sillonner, creuser <sup>94</sup> verseng = wetteifern = rivaliser <sup>95</sup> odatartozó = zugehörig = y attenent <sup>96</sup> hajlandóságot mutat = Zuneigung zu jmdm haben = montrer de l'inclination

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Librorum recensio.

Dr. Vitéz Mészáros Ede: 1. A kétezeréves Quintus Horatius Flaccushoz. Pécs, 1935. — Hac laudatione Ed. Mészáros poetae Romanorum excellentissimi memoriam post 2000 annorum renovans Horatianae vitae et poesis, quae inter se artissime coniunctione coaluerunt, summam et indolem ex Horatianis temporibus interpretatus verbis elatis sublimibusque quidem, sed iisdem significantibus, quibus calor et vigor quidam insunt, ita efficaciter

exprompsit, ut Horatii magnitudo ac praestantia solide expressa nobis repraesentetur. Quid vero Hungari poesi Horatianae acceptum referant, non omittitur. Laudatio ista inter multas alias altissime eminet.

2. Sopianae, Pécs rómaikori neve. Pécs, 1936. — Oppidi nostri Pécs nomen Romanorum temporibus Sopianae fuisse constat. Ed. Mészáros hoc nomen oppidi ductum fuisse ab oppido Celtico in Gallia sito Supia vel Sopia argumentatur. Gentem, quae hoc oppidum incoluisset, post longos errores in regione nostri oppidi Pécs consedis locoque, ubi domicilium collocasset, pristini domicilii nomen indidisse, postea autem cum circa hoc domicilium complures coloniae ortae essent, has colonias Latina lingua a Celtis recepta communi et Latina terminatione exeunti pluralique numero nomen Sopianae accepisse. Huic ratiocinationi, quamvis sit probabilis vel etiam plausibilis, ut in rebus nimis antiquis et longinquorum temporum caligine obductis assolet, aliquid incerti tamen adhaerescit.

*Car. Acs Bp.*

## AENIGMATA

### Solutiones aenigmatum numeri I (Sept.).

1. Sub, ubi, bis. — 2. Duc, uro, cor. — 3. Rege, Eros, Gort, esto. — 4. Sica, iter, cena, aras. — 5. O, eo, Deo, adeo. — 6. Imperare sibi maximum imperium est. — 7. Vilis, Idus, luo, is, s. — 8. Diomedes. — 9. Inter arma silent Musae.

**Aenigmata recte dissolverunt:** In Hungaria 317 (ex quibus 211 Budapestinenses), in Helvetia 5 discipuli.

**Praemium sorte obvenit:** Barbarae Elekes (*Szilágyianum*) Fratibus Mayer (*gymn. Archiepisc.*), Mariae Dischka (*Angelanum*), Ladislao Ogonovsky (*Scholae Piae*), Gabriellae Szántó (*Giselanum*), Marthae Lakatos (*Marianum*), Iulio Gárdosi (*Bolyayanum*), Paulo Dobó (*Berzenyanum*), Annae Gárdos (*Theresianum*), Stephano Molnár (*Madáchianum*), Nicolao Miklósi (*gymn. IPEA*), Belae Scheffer (*Benedictinum*), Liviae Törley (*Sophianum*), Zoltano Bíró (*gymn. confess. Helv.*), Ladislao Berényi (*Americanum*), Budapestinensibus; Belae Csemez *Csurgonensi*, Andreae Ábrahám *Debrecinensi*, Eugenio Pandur *Dombóváriensi*, Ottoni Bácskai *Agriensi*, Andreae Halász *Gyöngyösiensi*, Ernesto Folker *Colocensi*, Emerico Kovács *Keszthelyensi*, Alexandro Kamarás *Kiskúnhalasiensi*, Stephano Ipkovich et Clarae Mészáros *Ginsiensibus*, Oscaro Pócza *Nyergesújfalvino*, Ladislao Balogh *Papano*, Francisco Bitó *Quinqueecclesiensi*, Evae Bóta *Scarabantinae*, Ladislao Almássy *Szegedinensi*, Eugenio Prohászka *Novopostinensi*, Andreae Gagatkó *Ungváriensi*, Gabrieli Fejes *Vaciensi*; Mauro Martignoni *Lucanensi*.

1—5. Quadrata magica.

	1.	2.	3.						
1.				B	C	I	B	E	E
2.				I	M	S	I	I	R
3.				S	U	U	S	S	X

- |                  |                     |
|------------------|---------------------|
| 1. Praeda felis. | Adverbium numerale. |
| 2. Adverbium.    | Vadere.             |
| 3. Ita.          | Numerus.            |

Eleonora Binder<sup>3</sup> disc. Sophiani Bp. Catharina et Desiderius Bauer disc. Angelani et Scholarum Piarum.

1.					E E E E
2.					N N M M
3.					I I O O
4.					P T T T

1. Pro «opto» hoc invenio.
2. Causalis est coniunctio.
3. Sic Titus quidam appellatur.
4. Futurum hac re indicatur.

*Lad. Tamás* disc. Vespreniensis.

1. A A C C Rerum scriptor Transsilvaniensium.
2. E E O O Requiescat in . . .
3. O O P P Numerus.
4. R R T T Puto, existimo.

*Colomannus Csathó* disc. Makonensis.

1.						A A A A C
2.						C E E G H I
3.						I I I M N N
4.						N N O O P R
5.						R R S S S S
6.						S T T U U V

1. Ponderosus. 2. Urbs Galliae Cisalpinæ. 3. Animal equo simile. 4. Ars poetæ. 5. Potus deorum. 6. Portitor Orci. — Diagonalis nigro significata nomen supremi ducis Helvetiæ indicat.

*Daniel Figini* disc. Lucanensis.

6. Ad saltum equulei.

■	ra,	lit	est	vi	■
■	■	nis	ris	ne	rs
■	■	tu	te	si	O et vi
■	■	■	pul	mi	mo ti
■	■	■	■	um	se ho

*Aelius Ghirlanda* disc. Lucanensis.

7. Pyramis.

- 1 Vocalis.
- 2 1 Imperativus.
- 3 2 1 Mons in Phrygia.
- 4 3 2 1 Drama musicum Iosephi Verdi.

*Aloisius Haraszti* disc. Agriensis.

8. Scalae.

- ba . . . Osculum.
- .ba . . . Avus avi.
- . .ba . . . Iacere.
- . . .ba . . . Urbs in Boeotia.
- . . . .ba . . . Uxor Priami regis.

*Zoltanus Biró* disc. gymn. conf. Helv. Bp.

9. Supplendom.

- . . . vidi, vici.
- . . . . humanum est.
- . vis pacem, para bellum.
- . . . nubila Phoebus.
- . . . . Musis amica.
- . . . itur ad astra.
- . . . . arma silent Musae.
- . . . . usque ad mala.
- . . . ante mortem beatus.
- . . . et orbi.
- . . . . . simili gaudet.

His sententiis expletis accipis nomen imperatoris Romani. *Franciscus Szakács* disc. Bolyayani Bp.

10. Litteris inversis.

NU	MA	ZY	BIT
----	----	----	-----

Litteris recte commutatis accipies nomen antiquum maximae urbis Turcarum.

*Antonius Antognini* disc. Lucanensis.

11. Logogriphus.

Teutone cum comitante Quiritibus arma ferebam.  
Deme mihi frontem : sum pluvialis aqua.

*Fr. Palata* Trebicensis (Moravia).

*Nota.* Lectoribus minimus : 1—4, mediis 5—9, maioribus 10—11. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucre epistulae ad moderatorem *J. Wagner* (Budapest, XI., *Lágymányosítca* 20) mittant.

Terminus solutionum Calendae Ian.

EPISTOLIA OFFICIALIA.

*Corrigenda* num. 1—2 (Sept.—Oct.) : pag. 4 : Gisela Kozma et Petrus Nemeshegyi non gymnasii conf. Helv., sed thygatogymnasii et gymnasii conf. August. discipuli sunt. — pag. 10 : pro «quidam amicorum» lege : quaedam am. — pro «accintum» lege : accinctum. — pag. 11 : pro «vos quosque» lege : vos quoque. — pag. 16 : pro «Zürich» lege : Zug. — pro : «Terminus solutionem» lege : Term. solutionum.

*I. Jeney, I. Huszti, A. Czech, V. Temesy.* Libri vestri omnes recensentur. — *A. Haraszti* 8, *Th. Weiss* 7, *E. Binder* et *Fr. Kreiner* 4—4, *L. Lenkei, Th. Prohaska* et *St. Ipkovich* 3—3, *G. Albert, C. Mikecz, Z. Biró, G. Varga, C. Bauer, E. Réti* 2—2, *St. Hatvani, Cl. Kemény, P. Resojszki* 1—1 aenigmata ad me miserunt. Horum 47 aenigmatum pleraque aut quadrata magica aut ad saltum equulei composita sunt. Qualia cum permulta iam pridem ad me missa in mensa scriptoria latent, oro discipulos, ut alia genera aenigmatum colant. — *I. Jeney, I. Polednik, I. Tóth, P. Boesch, V. Bors, E. Pallagi, I. Kusnyár, B. Fehér, A. Pányi, A. Avenarius, N. Kring, G. Varga* Scripta varia vestra partim iam nunc edita sunt, partim mox edentur. Valet! — *Al. Weber.* Variatio delectat. Quam ob rem iterum orationem publicare non sum ausus. — *St. Boross.* Explices, amabo, breviter lectoribus, quis sit Omar K., nam mihi equidem ignotus est. — *St. Hatvani.* Haud legi possum, quae scripsisti. Quomodo igitur typhotheta legat imperitus linguae latinae?